

4. Ea, quæ h̄c communicari dicuntur, vel ipsam personam concernunt: vel naturas diversas consequuntur.

5. Concernentia integrum C H R I S T I personam, sunt partim duæ naturæ, divina & humana; partim per Duæ naturæ ipsa. Per hosce autem terminos quid h̄c intelligatur, non opus est, ut declaretur: quandoquidem Persona. eorum significatio, & plenarius intellectus pendet ex eis, quæ in præcedente disputatione tractata & explicata sunt.

6. Consequentia naturarum sunt propria: non quidem quodd divina propria essentiam divinam ita consequantur, ut humanam humanam: sunt enim illa cum natura τευτ̄ & planè idem: sed quia eum in modum ab intellectu nostro (qui propter summam suam imbecillitatem totam essentialē D E I virtutem simul apprehendere nequit) concipiuntur.

7. Distinguimus in nostris Institutionibus Logicis lib. Proprium i. cap. 4. inter ἴδιον πεὸς κατηγορίαν, nempe quod ita distinguimus respectu ὑποκειμένης πεὸς κατηγορίαν: Et inter ἴδιον τυρ. ωρὸς ὑπαρξίαν, quod ita vocamus respectu inhæsionis, siue ωρὸς ὑπαρξίαν.

8. Illud includit non tantum ἐπαρτωδεῖς, verūm etiam ἀστωδεῖς: hoc tantum ἐπαρτωδεῖς & accidentale proprium.

9. Quam distinctionem propterea præmittimus, ut inter propria etiam numerare possimus essentialia Dei attributa, quæ humanitati per unionem communicata hoc loco dicuntur: Quæ sanè accidentia Divinæ substantiæ judicanda non sunt, quippè in quam nullum omnino cadit accidens: Sed essentialia, imò <sup>Propria di-</sup> <sub>vina non</sub> sunt accidentia. essentialia D E I ipsa.

10. Omnipotentia enim non est D E I qualitas ἐπαρ-